Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Expositio Origenis.

Credo in dm patrem omnipotem.

Bene incipit a credulitate confessio. quia sic a beatus paulus exp̃sit. Corde inquit credit̃ ad iusticiã. ore autẽ confessio fit ad salutem. Crede g̃ in dm patrem omnipotentẽ. dm ingenitũ qui ortus a nullo est. a nullo concepit. dm invisibilem quem nullus oculus carnalis videre potest. dm incõprehensibilem qui omnia cõprehendit. dm immutabilem qui non mutatur temporibus nec senescit ętate sed semper idem est qui non in tempore cepit vivere. sed semp vivens. nullum patit̃ successorem. dm bonum a iustũ celi a terre creatorem. Crede hunc confitere dm. sed eundem confitere a patrem. Patrem filii ẽ necesse est. Hemo enim pater est sine filio. Pater g̃ sup filium ẽ habens utiq; filium cuius sit pater. Et hęc est pia confessio in dm. ut eum non solum dm scias sicut iudei. sed cognoscas a patrem. patrem viventis verbi virtutis ac scientię yprię qui ante omnia secula. ante omnium principiũ. ante omne omnino tempus ex se genuit filium. sp̃s spm̃. ds dm. in quo sunt condita universa. quę in celis a quę in terra. visibilia a invisibilia. sicut doca paulus. a consignat iohannes. Omnia inquit ipsũ facta sunt. a sine illo factum est nichil. Credens g̃ in dm patrem. statim te confiteberis credere a in filium eius ihm xpm̃. Hic est filius di ihc xpc̃. Ihc quidem ex hebreorũ lingua interpretatus. saluator intelligitur. Xpc̃ v̊ regię dignitatis appellatio ẽ velut saluator. a rex unus atq; idem xpc̃ ihc. hic ppter nrãm salutem descendit de celis a patre. a simile nobis corp̃ accepit.